



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xxj. De Censibus, Exactionibus, & Procurationib.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

his, quæ ad Episcopos tam iure ordinis, quàm lege iurisdictionis pertinent, suprâ locis cõgruis loquuti fuerimus: trãseamus nunc ad eam subiectionem, quæ cognoscitur ex solutione census, & rerum quæ lege Diœcesana ad ordinarium pertinent.

DE CENSIBVS,
exactionibus, & Pro-
curationibus,

TITVLVS XXI.

*Census generaliter sumptus continet omnẽ pensionem, specialiter uerò tantum cathedra-
ticum. h. d.*

Census appellatio generalis est, sumiturque pro omni pensione, quæ prælatis de Ecclesiasticis prouentibus singulis annis in signum subiectionis, vel alterius iuris penditur. Speciali tamen nomine census, qui Episcopo ab Ecclesijs in argumentum subiectionis tribuitur, *Cathedraticum* appellatur: eo quòd ob honorem cathedrę perfoluatur.

Quibus temporibus, & quibus causis potest census constitui in Ecclesijs. h. d.

Constituitur autem census, aut foundationis tempore, aut cõsecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Foundationis, aut cõsecrationis tẽpore census imponitur, quia ueluti præter Ordinarij cõsensum, nec fũdari, nec

dedicari potest Ecclesia: ita eodem tempore certum censum Episcopus, in subiectionis signum constituere poterit. Sed nec illud insolitum, aut nouum haberi debet, ut cum Episcopi Ecclesias pijs locis ritè cõcesserint, aut exẽptas fecerint, aliquid sibi in eis pensionis nomine referuent. Sedes quoque Apostolica cum libertatis priuilegiis, vel etiam quibusdam Ecclesijs protectionis indulget præsidium, censum gratis oblatum suscipit, & in literis Apostolicis, ad futurorum Pontif. memoriam quãritas census exprimitur. Sed^a & patrono fundationis tempore poterit Episcopus moderatos sumptus cõstituire.

Simplices sacerdotes non possunt proprias Ecclesias facere censuales, & qui de facto id fecerit, ab Ecclesia ipsa remouebitur. h. d.

Simplices autem sacerdotes, vel clerici non possunt Ecclesias, quibus præsentunt, propria auctoritate, præsertim post eorũ decessum, censuales efficere. Ideoq;^b qui ab eisdem quadam collusionione pensionem annuam de Ecclesijs receperint, illis defunctis super pẽsionis receptione audiendi non erunt, si Rom. Pontificis, aut alterius, qui de iure id facere potuerit, auctoritatem super hoc nõ interuenisse constiterit. Quin potius si^c qui per collusionem^c talia facere cõperti fuerint, ab ipsis Eccle-

sijs

^a cap. præter
ea. in fi. ex.
de iur. pat.

^b cap. præter
ea. exi. col.
tit.

^c cap. cõm. de
rici. extra.
cod. tit.

sijs remouendi erunt.

Episcopus non potest nouum censum imponere, uel ueterem augere, præter cathedraliticum. h. d.

a cap. prohibemus. extra. eod. tit.

Sed nec Episcopus ipse, aut quilibet alius Ecclesijs nouos census imponere, aut ueterem augere, aut partem prouentuum suis uisibus uendicare poterit: idq; adeo obrinet, ut etiam si iuramentum^b de nouo censu per soluendo quis susceperit, non propterea soluere, sed absolui ab illicito iureiurando debeat. Nec quicquam profuerit, quod Episcopus, uel quilibet de nouo^c illas de manibus laicorum eripuerit: nam nec eo casu præter cathedraliticum, & quæ cæteris imponuntur, aliquid exigi poterit.

c cap. ecclesijs. extra. eod. tit.

Ex causa & non in propriam utilitatem potest Episcopus nouum censum constituere, uel augere ueterem, accedente consensu capituli. h. d.

Quod autem diximus, Episcopum nec nouum posse censum imponere, nec augere ueterem, ita intelligi oportet, si in propriam uelit utilitatem conuerrere. Cæterum si non in suum, sed in alterius sibi subiectæ Ecclesiæ commodum, ex iusta causa, uel nouum censum constituere, uel ueterem augere, uel etiam minuere uelit, Capituli accedente consensu, id sibi minimè interdicitur.

Præuincia et Ecclesiæ de nouo conuersæ, in persoluendis censibus seruantur consuetudinem uicinarum. h. d.

Sed quis erit modus obsequiorum Metropolitanis exhibendorum, si qua de nouo^d cõ-

d cap. super eo. extra. eod. tit.

uersa prouincia, ad alicuius Ecclesiæ iurisdictionem accesserit? Et ex facto respõsum est, id obseruari debere, quod in vicinis prouincijs obseruatum reperitur.

Episcopis uisitantibus debetur procuratio. hoc dicit.

Uterius prælati diocesium uisitantibus^e, etiam procuratio debetur. Est autem procuratio necessariorum sumptuum exhibitio. Nam cum Apostolico testimonio suffragante congruum sit, ut à quibus spiritualia recipimus, eisdem etiam temporalia nostra communicatemus: rectissimè constitutum est, ut cum prælati diocesim peragrandi diuina nobis exhibent, illis etiam à nobis temporalia exhibeantur.

e extra. cons. uas. eodem tit. & cap. cum apostolus. extra. eod. tit. & per totum tit. & in 6.

Episcopus remittens Ecclesiæ seruitia, nõ censetur remittere procurationem, sed illam dare detrectantes potest excommunicare, et procurationi non præscribitur. h. d.

Et adeo uisitationi annexa est procuratio, ut si Episcopus^f alicui Ecclesiæ omnia seruitia remiserit, eidem uisitati nihilo minus moderata debeat procuratio: quam si uisitati exhibere negauerint^g, si quam in contumaces ritè tulerit sententiam, erit inuolabiliter obseruanda, cum nec ullam aduersus procurationem, quæ ratione uisitatio

f cap. cum uenerabilis. ext. eod.

g cap. cum nuper. eod. tit. extra.

nis comperit, præscriptionem currere dignoscatur^a.

^a cap. acceden-
tes. extr. de
præscripti.

Qui uisitare possint, & quòd Archiepi-
scopus potest uisitare prouinciam, etiam cum
suffraganei non sint negligentes. h. d.

^b cap. felicis.
eo. tit. in 6.
& clē. 1. d.
tit. et cap. so-
pitæ. &
cap. cum in-
stantia. ext.
cod. tit.

Visitandi^b verò sollicitudo nõ
modò incumbit Episcopis, ve-
rùm etiam Archiepiscopis, Pa-
triarchis, sedis Apostolicæ lega-
tis, nuncijs, archidiaconis, & de-
canis: qui quidem ne non tam
diuina, quàm propria quæsiuif-
se uideri possint, cautè prospici-
ent, ut ea, quæ tam generali^c,
quàm Lateranensi Concilio^d
continentur, & quæ Innocen-
tiana^e constitutione, atq; alijs
Canonibus salubriter constituta
comperiuntur, inuiolabiliter
obseruent. Quod autem dixi-
mus, Archiepiscopis uisitare li-
cere prouinciam, ac procuratio-
nes à locis recipere uisitatis, tunc
etiam sibi locum uendicat, cum
eius suffraganei argui negligenti-
æ nomine non possunt: nec
enim propterea minùs suam li-
berè uisitare prouinciam pote-
runt.

Ob oratorium non est exigenda procura-
tio. & ob urgentem necessitatem potest Epi-
scopus exigere charitatum subsidium. h. d.

^f cap. si. ext.
cod. tit.

Postremò^f admonēdi sumus,
propter priuatum oratorium,
in quo quis interdum celebrat,
procuraciones, quæ uisitationis
ratione debentur, à quoquam
exigi, uel extorqueri non posse:
sed nec alijs exactionibus sub-
ditos suos Episcopi grauare de-

bent^g, nisi quandoque eisdem
multæ superueniant necessita-
tes: quibus casibus, si manifesta
ac probabilis causa extiterit, cū
charitate moderatum ab eis po-
stulare subsidium substinendi
erunt.

^g cap. cum a-
postolus. 5.
prohibemus.
ext. cod. tit.

DE CAPELLIS Monachorum,

TITVLVS XXII.

Omnes Ecclesiæ positæ in diocesi subsunt
Episcopo, etiam monasteria, & monachorum
capellæ, nisi defendantur priuilegio, uel præ-
scriptione. h. d.

Vsque adeo autè omnes ba-
silicæ^h per diuersa loca cõ-
structæ in Episcopi, in cuius
territorio politæ sunt, pote-
statè consistunt, ut si Ecclesiaⁱ,
ubi monachi habitant, populi
curam habeat, cum per mona-
chum plebs regi nõ debeat, Ca-
pellanus ad consilium mona-
chorum ab Episcopo sit instituen-
dus: ita ut cõsuetudine, aut quo-
uis statuto cõtrario non obstan-
te ex solius Episcopi arbitrio,
tam ordinatio eius, quàm de-
positio, & totius uitæ pendeat
conuersatio. Nec id mirum ui-
deri debet, cum^k monasteria i-
psa, & monachorum discipli-
na, si nec priuilegio, nec legiti-
ma præscriptione doceantur
exempta, ad eum pertineant
Episcopum, in cuius sunt terri-
torio constituta.

^h can. omnes
basilicæ.
16. q. 7.

ⁱ cap. 1. extr.
cod. et cap.
1. cod. tit. in
6.

^k cap. pen.
extra. de re
ligi. domi.
& cap. 2.
ext. cod. tit.

De